

L'archevêque de Gnesen à Bellarmin.

Lovvitz, 21 juin I599.

✓ Ill<sup>me</sup> et R<sup>me</sup> Domine. Qui recte de virtute sentiunt christianaque religioni cupiunt, sane illi singularem S. D. N. sapientiam in iis potissimum viris ad senatum apostolicum deligendis merito dilaudat, qui et integritate innocentiaque sua ad virtutem et sanctimoniam illustria exempla praebeant, et excellenti in omni genere doctrina, prudentia atque constantia, maximo christiana Reipublicae prae-  
 ✓ sidio esse possint. Quod quidem diu multumque desideratum et expetitum ab omnibus, si quando in Apostolica Sede praestitum fuit, nunc certe sapientissimus ac meritorum aestimator aequissimus Pontifex,  
 ✓ 10 lectis in senatum suum clarissimis doctrina institutoque vitae apostolicae viris, Francisco primum Toleto, tum Caesare Baronio, tua deinde Amplitudine adeo cumulate praestitit, ut non magis debita vestris virtutibus meritisque praemia tribuisse, quam Romanam Ecclesiam ornasse munivisseque videatur. Quamquam enim singuli in amplissimo illo ordine Patres insignium meritorum suorum laudibus non careant, quae non modo tantae dignitatis splendorem exaequent, sed etiam Summorum Pontificum à quibus delecti fuissent, iudicium et extimacionem illustrent, in eorum tamen quos nominavi Apmlitudinis suae creatione, sive divinorum donorum in vobis lucem, sive fructum laborum  
 ✓ 20 vestrorum in Ecclesia Dei spectemus, haud scio an tanto clarius haec omnia cernantur, quanto splendidius sit summam ingenii, doctrinaeque vim ac dicendi facultatem acerrime insectandis et confutandis haeresibus asserendaque et confirmando catholica veritate, multo ante purpuram impendisse ad ipsosque christiani nominis terminos, editis locu-  
 ✓ 25 lentissimis monumentis laudabiliter protulisse. Plane, ut iudicium sit difficile, vos ne Purpuram sacram, an vos Purpura sacra ornaverit, vobis ne Max. Pontifex ob acceptum honorem, an ob delatum vos illi debeat. Utcumque tamen sit, censeo equidem, et censeo gravissimo S. D. N. ~~BBB~~ consilio, iudicio et autoritatigratiam habendam, v es-  
 ✓ 30 trunque obsequium plenissimum pietatis et religionis summopere commendandum. Universae itaque Ecclesiae hunc Amplitudinis suae honorem, summo cum gaudio gratulor, et mihi ipsi gaudeo, quod in Societate Iesu, quam ego unice complector, aedificatoque et fundato Calissii in diocesi mea collegio orno augeoque, ita video animatum Pontificem  
 ✓ 35 Maximum, ut non satis sibi visus sit christiana Reipublicae magnis suis et celebribus meritis consuluisse, nisi praestantissimos eo in ordine viros, honorum contemptum fugamque professos, in amplissimum senatus sui concilium, etiam invitatos adscriberet. Tuae vero Amplitudini si gratuler, vereor ne hominis eius amantissimi officium videar

/ ordine viros, honorum contemptum fugamque professos, in amplissimum  
 senatus sui concilium, etiam invitatos adscriberet. Tuae vero Amplitu-  
 dini si gratuler, vereor ne hominis eius amantissimi officium videar  
 egressus, qui pro honore onus insolitumque institutum vitae onerosum  
 5 potius et amarum quam leve et suave gratulandum putem; sed cum mentem  
 altius attollimus vocationemque Tuae Amplitudinis expendimus, ita por-  
 ro statuimus apud nos ad sublimes istas difficilesque curas et labo-  
 res, nempe humanis viribus maiores, non tam hominis quam ipsius Iesu.  
 Christi voce in successore B. Petri, dignissimo suo interris vicario  
 10 loquentis vocatum te esse, ut fructum Christi Ecclesiae feras, fruc-  
 tusque tuus tibi maneat in vitam aeternam. Atque hoc est quod ego ti-  
 bi gratulor ex animo, precorque ab immortali Deo ut te in tanti hono-  
 ris vocationisque cursu spiritu suo principali confirmet praebeatque  
 tibi amplissimas et creberrimas de christiana Republica bene merendi  
 15 occasiones. Dubitat enim nemo quin hoc unum, maxime omnium velis. A-  
 mavi te iam inde ab eo tempore, cum excellens ingenium doctrinamque  
 tuam in disputationibus de Religionis catholicae controversiis ad  
 nostram hanc aetatem accommodattissimis perspexisse, praedicareque  
 non dubitavi duos hoc tempore quasi fabros Ecclesiae catholicae divi-  
 20 nitus datos esse, Cardinalem nimirum Baronum Antistitem mihi amicis-  
 sum, et Amplitudinem tuam, & quod officina virtusque vestrum oppor-  
 tunissima omnium arma telaque illi subministrent.

Hunc vero Cardinalem Senatoremque orbis christiani veneror et com-  
 plector, meaeque servitutis officia tum libentissime, tum studiosis-  
 sime Amplitudini Tuae defero, hoc vicissim abs te petens ut me in eo-  
 rum numero habeas quos maxime diligis, utque haec mea de delato tibi,  
 honore gratulatio, initae inter nos mutuae benevolentiae principium  
 et quasi quoddam foedus; in hoc enim mutuo inter nos vinculo iucunde  
 equidem suaviterque exegero senectutem meam. Praeterea vero commendo  
 30 Amplitudini Tuae diligentissime Serenissimum Regem, Rempublicam nos-  
 tram nostram Provinciamque et Ecclesiam meam Gesnensem, Clissiense  
 item Societatis Iesu collegium. Haec enim omnia cupio maxime ut Ampli-  
 tudo Tua suo patrocinio complectatur, Deoque in suis sacrificiis ora-  
 tionibusque commendet. Opto tandem bene prospereque valere Amplitudi-  
 nem Tuam. Datum Lovicii 21 Iunii 1599.  
 35

Ill<sup>mæ</sup> et R<sup>mæ</sup>

Deditissimus Servitor

Stanislaus Archiepiscopus Gnesnae et Primas  
manu propria

Karnowski

Archiv. Postul. Bellarm.6 ; copie d'après l'autographe.